

Nobilissime, Amplissime, et Incomparabilis VIR,

Amor peccare audeat, et castigari dignus est. Ignoscat mihi Genius tuus, pro filio nuper et praecipiti calamo scribenti. Malo iam NASSOVIAE favore non frui, quam illum Principis tui temere inquietare. Beneficium puto, quod sic negatur; aestimaturus, quia non accepi. Amari Beneficium est, et hoc me tuum audebo fiducia profiteri. Siquid petam igitur, meo nolo desiderio, sed tuo iudicio expendi, ne indecore petam. Civis est Diesthemensis filius ille meus, qui ad Satrapiam adspirabat; sed sic privatus, et quietus, satis etiam felix sit; si libere exire ad latifundia sua suburbana queat, instructus tessera, quae exhiberi militibus vestris solet: et qualem rursus Clarissimus a te TVLDENVVS noster petiit. Ille sibi, ego filio (et nomen addo) MAXIMILIANO. Militiam sic iam solutus est, aliquando inter Equites Signifer: in quo iam tranquillo magna senectutis meae spes collocari. Sed haec petitio mea, si aequa est, obsecro, Benigne a te accipiat: obnoxia autem is conditionibus sit, quae aequam faciant. IVSTVS meus adhuc cum Socero suo luctatur. Somine tam Barbaro ac fero, ut paene Sominem exuerit. Meliori certe Affinitate dignus eram. Sed filius sane scenam explicaturus est, cum libellum aliquem simul meum De Anagrammatismo mittet, quem recentior, et


et in gratiam Amicorum scripsi, typis nunc committendum.
Ego scripsi, ipse edet; novumque partum, in gratiam quo-
que Amicorum tollet. Res Grammatici commatis est,
et proprie nomina propria spectat: quâ latebrâ aliquando
in Como meo usus sum, ut sub EUPANTI nomine luxur-
lasciviâque aevi castigarem. Ne vacua verò Saecian
epistola sit, hoc ALBERTI Imperatoris Elogium adiungo,
alterum Theatri Heroïci, quod magnâ parte paratum est,
specimen. ADOLFI Sic quoque mentio est: ac nescio, an
formulam illam, avaris regendo, representurus non sit.

Sed nunc ad litteras tuas venio, quas ANNA ROMERIA
tulit, digna profecto commendatione tuâ femina. Vicini
officia mea humanitate suâ: ornavit præsentia Arcem,
et me ingenii sui participem fecit. Sed si apud vos
feminae tales, quales viri? Haec sanè singularis est,
quam non possum nisi Musam Belgicam appellare.
Musa, inquam, est; quidni? te Apollinem agnoscit. Sic
vale o decus omnis elegantiae, eruditionis, humanitatis,
et me amare perge. Lovanii, in Arce, Postrid. Kal.
Iunij, MDCCXLII. A Clarissimo TVLDENO, Saluten
addo.

Magnarum virtutum tuarum
verus cultor

E. Puteanus. }

m.
w.
do
m
m
o,
hl,
LA
i
m,
c
f,
l.
m



in gentium Americarum scripti, typis vero committendum
Ego scripti, ipse edet; namque partem in gratiam quo
que Americarum tollit. Res Grammaticae communi
et proprie nominis propria spectat: quae latebra aliquid
in Comis nec usui sum, ut sub EVPHRAESI nomine
lativumque aevi castigarem. Ne vana vero
specula sic, Sic EVPHRAESI Imperatoris Elegiam
aliquam Theatri Mervici, quod magna parte paratum
specimen. ADULTI. Sic quoque scriptis 1687 ad necessa
formulam illam, usque regenda, reperitur non
sed nunc ad l. usque tuae vena, quae ANNA Remensis
tibi, digna profecto commendatione tua ferina. Sed
officia mea summatim sua sinant praestitia
et non incensum participium ferina. Sed si quid vis
primas callos, quales vixit. Hae sunt singularem
quam non possunt esse Musam Belgicam appellare.
Nunc, inquam, quidam C. et Apolliniam agnoscent.
vixit a decus vixit elegantiae, conditionis, Summorum
si me amare pinguet. Lor son, in hinc, Puteus
lang, W. M. N. H. A. Carissima TULDENS, in

Magnarum Virtutum beatorum
vixit callos

L. Puteus,

ALBERTI
IMPERATORIS

ELOGIVM:

EX

E. PVTEANI BAMELRODI

Theatro Heroïco.


CVM PRIVILEGIO.

B

A L B E R T I

I M P E R A T O R I S

F L O R I D A N T I S



E P I T H E M A N I B A M E L R O D I

Theatro Heroico.

C V M P R I V I L E G I O .

B

11

ALBERTI
IMPERATORIS
ELOGIUM.



OVVM juventæ florem Romani ma-
jestas Imperii induit, postquam AV-
STRIACA facta est. A Julio olim tan-
tæ molis initia, ab Augusto incremen-
ta: sed multum Julii Rudolfus, mul-
tum Augusti ALBERTVS ejus filius
habuit. Hic in privata adhuc patris fortuna natus, à cre-
pundiis ad arma animum extulit, cùm sæpiùs militiæ,
quàm domi esset; bellis & simul victoriis initiaretur. Pa-
tri, in Othogarum Bohemiæ Regem educenti aciem,
Dei imaginem Crucifixi, quasi fortunam Cæsaris prætu-
lit: suâ tum quidem indole, maximè tamen numinis fi-
duciâ animosus. Quid non auderet robore, religione
munitus? In medios ruens hostes, pugnando omnibus
exemplo fuit: pulchrior à proelio, quia totus cruore ho-
stium insignis. Non armis tantùm, sed & nuptiis felix,
Elisabetham Meinhardi Tirolis Goritiæque Comitum, &
* Carinthiæ Ducis filiam uxorem ducit: quæ, cùm in
mediis viveret bellis, pacis amantissima fuit. Prorsùs tan-
quàm Marti hæc quædam Pallas esset, animum mariti
ad meliora semper consilia flexit. ingeniosa & simul
pia: Halis enim, in superiori Austria, salis venas invê-
nit,

* Rudolphi
Imperato-
ris beneficio
Meinhardus
Dux Carin-
thiæ factus.

nit, & officinas constituit; annuo hinc plerisque Monasteriis censu assignato. Casta etiam, & sic tamen fecunda: quippe viginti unius prolium mater; quarum duodecim ad justam ætatem pervenere: sex filii: Rudolphus Mitis, Bohemiæ postea Rex; Fredericus Pulcher, Imperator; Leopoldus Gloriosus; Henricus Placidus; Otho Iucundus; denique Albertus Sapiens, qui stemma propagavit. Sex quoque filiae: Elisabetha, Anna, Margareta, Guta, Catharina, Agnes; præcipuis Principum in matrimonium collocatae. Tam insigni ille familiam florens, Comitibus Augustæ Vindellicorum à patre * habitis, Austriam, Stiriam, Carniolam, & Vindorum regionem (uti & frater ejus Rudolphus Sueviam, Alfatiam, Ergoviam) Imperii beneficio accepit. Dignus hac fortunâ, quia bonus, prudens, fortis, & Genium Rudolphi exprimens. Sed Proceres Austriæ, cum suis obnoxium consiliis non haberent, Suevis præcipuè nitentem, detrectare obsequium cœperunt. Hinc fœdere cum Bohemis, Hungaris, & Bavaris inito, arma corripunt. Vienna ipsa in seditionem tracta, plebejo furore insurgit: mox fame domita, cum ALBERTUS, occupatis non ita procul montis Cæcii jugis, aditus circumcirca obsidendo, omni Urbem comœtu, velut spiritu interclusam teneret. Pars belli hujus Ibanus Guncensis, Comes Hungarus, limitibus Austriæ populabundus inhærens. Hic verò valido exercitu expulsus. Iisdem subacti armis motuum in Austria auctores Kuningii, in Stiria Stubenbergii: quos ut fortiter vicit, quadraginta partim captis, partim dejectis arcibus; ita clementer habuit: timeri lubricum ratus, cum amari mallet. E vivis interea Rudolphus Cæsar excesserat, & ALBERTVM, iisdem ad
Imperii

* Anno
∞ . CC.
LXXXII.

Imperii fastigium virtutibus adspirantem, populi vota evehebant. Quid suffragia Principum? prona quoque, sed unius potissimum Moguntini astu corrupta, Adolfo Nassavio cognationis affectu faventis. Hic igitur subrogatus, non tam facile gloriam suam, quam ferre ALBERTVS repulsam potuit. Alter, quod adeptus erat, avariùs regendo amisit Imperium; alter, quod frustra petierat, merendo magis quam ambiendo adeptus est. Nova Principum suffragia bellum accendunt, cum in causam hinc abrogatio, inde electio veniret. Sed lis tota proelio prope WORMATIAM decisa: in quo uterque pugnans Imperator, aut vincere, aut mori obstinatus erat. Sex horis atrocissimè dimicatum est, cumque dubium fortuna exitum faceret, casu in ipsum incidens ALBERTVM Adolfus, sublato clamore, & simul ense; *Hic jam, inquit, Romanum linques Imperium.* Ille, & voce promptus, & ferro; *Id verò in Dei esse manu* respondit: & simul irruentem excipiens, vulnere juxta oculum perstrinxit. Hoc momentum Fortunæ fuit. Sic saucius, qui nimio fervore invecus erat, & sanguine impeditus, avertit equum, jamque vix compos sui, galeam abjicit, cruorem absterfurus. Sed è vestigio à comitibus, quos Silvestres appellant, circumfusus & confossus, occubuit, stragem simul exercitus secum trahens. Victor igitur ALBERTVS, quamvis armis sibi vindicasset Imperium; noluit tamen Cæsar esse, nisi liberis rursus suffragiis constitueretur. * Constitutus est, coronatus quoque, tanto hominum concursu, ut Albertus, Saxonix Dux à turba oppressus sit. Novus Imperator Rudolfum filium, inusitato hætenus titulo, sed inde in Posterios transmissio, Austriæ Exarchum, sive Archiducem

* An. 1000.
cc. xcviij.
v. Eid. Augusti.

publicâ auctoritate creat : non tam quietus interim dignitate, quàm felix pugna fuerat. Prima cum Summo Pontifice Bonifacio Octavo, electionem rejiciente, luctatio : brevis tamen, & in Philippum Galliae Regem conversa. Moguntinus quoque ingenio mobilis, & quasi animum Pontificis sumeret, infestus denuò ALBERTO esse : hunc reliqui mox è Sacro ordine Collegæ ducem sequi. Conjurat & Rudolfus Palatinus, Ludovici filius; majorique dedecore, quia in Avunculum, & matre Machtilde reluctante. Cæsar, cum modicæ vires essent, celeritate usus est; & victor omnium futurus, singulos invasit : tam pronus tamen in pacem, ut & pugna & veniâ triumphârit. Fregit virtute suâ hanc tot Principum conjurationem, & Vitream appellavit. Novum deinde cum Bohemis bellum; sed nuptiis sedatum, quæ inter Rudolfum, ALBERTI filium (extinctâ jam Blancâ, Philippi Pulchri Galliae Regis filiâ) & Elisabetham Wenceslai viduam, coaluere. Quid tandem? quia armis invictus erat, insidiis tentatus est : semel veneno; quod cum violentiori vomitu à medicis traheretur, per omnes meatus capitis rejectum est. Hinc luminis alterius orbitas, & Cocclitis agnomen; pallor quoque in facie continuus, fatales quasi insidias timentis. Sanè quod veneno actum non est, ferro peractum; & ut miserabilior mors esset, à domestico, à propinquo, à fratris Rudolphi filio posthumo Ioanne. Is à Patruo, in cujus aula & tutela erat, paternam hereditatem vixdum ephebus urgere cœpit. Moram injuriam ratus, & ad vitæ licentiam properans, à pravis stimulatus sodalibus, cruentus animo, & plusquàm hostis, extrema consilia iniit, in Cæsarem sæviendi. Tres sceleris focii erant, iiq̄ue nobiles : & opportunum

portunum

portunum parricidio iter, quod Badenâ Binsfeldiam
 ALBERTVS instituit, uxorem, priusquàm novam &
 Bohemicam expeditionem suscipere, invisurus. Prope
 Vindonissam, trajecto Vrsâ amne, conjurati incautum,
 & à reliquo, qui nondum trajecerat, sejunctum comita-
 tu, strictis ensibus invadunt. Primum ab ipso Ioanne
 vulnus, & in collo; plura reliqui ingerunt: quasi non
 satis sævitæ, si unius manu periret. Sic Magnus, & me-
 liore dignus fato Princeps, anno ∞ . CCC. VIII. VIII.
 Kalend. Maji, cecidit: Imperii X, ætate adhuc robu-
 stus. Stratus à suis, qui contra hostes ubique steterat: ille
 duodecim victor præliis (quot liberis adultis floruit)
 & Triumphatoris titulo illustris. Cadaver in Monaste-
 rio Weitingensi conditum; sed anno proximo, ab Hen-
 rico VII. Imperatore, qui & cædis vindex fuit, Spiram
 translatum, commune cum Imperatoribus sepulchrum
 accepit. Hic & Adolfus proximo jacebat tumulo, ut
 æmulus prius Imperii, ita socius nunc quietis. Locum
 cædis pia uxor, structo virginum monasterio (Regium-
 Campum appellant) consecrans, cruorem mariti fufis
 abluit lacrymis; manes precibus expiavit. Hic cum
 Agnete filia deinceps vixit, vidua cum vidua, & mutato
 in squallorem cultu Regio, quinquennio superstes Cæ-
 sari suo fuit, cum ne sic quidem videretur à marito se-
 parari.

M A T R I -

MATRIMONIA
 FILIORVM ET FILIARVM
 ALBERTI.
 FILIORVM.

RUDOLFVS MITIS, natus maximus, Bohemiae Rex, uxorem duxit Blancam, Philippi III. Galliae Regis Filiam: ac deinde Elisabetham, viduam Bohemiae Regis Wenceflai.

FREDERICVS PVLCHER Imperator, Isabellam Aragoniam, Regis Jacobi: postea Cunegundem, Ludovici Imperatoris Filiam.

LEOPOLDVS GLORIOSVS, Catharinam, Amadei Allobrogum Comitis Filiam.

HENRICVS PLACIDVS, Elisabetham, Ruperti Viremburgii Comitis Filiam: item, Isabellam, Joannis Comitis Friburgensis.

OTHO IVCVNDVS, Elisabetham, Stephani Bavariae Ducis Filiam: tum vero Annam, Caroli IV. Imperatoris Sororem.

ALBERTVS SAPIENS, Joannam, Ulrici Phytetarum Comitis Filiam, & heredem, Litterarum studiis inter Principes feminas eminentem.

FILIARVM.

ELISABETHA, nupta Frederico III. Lotharingiae Duci.
 ANNA, Hermanno, Marchioni Brandenburgico: deinde Henrico Duci Vratislaviensi.

MARGARETA, Theoderico IX. Cliviae Comiti.

GVTA, Ludovico Comiti Ottingensi.

CATHARINA, Carolo Calabriae Duci: prius tamen Henrico VII. Imperatori, qui ante nuptias obiit, desponsata.

AGNES, Andreae Veneto, Hungariae Regi: à cuius morte divino cultui magnam vitam sanctimoniam dedita, in Monasterio Regio-campo ad annum usque LXXX. superfuit.





Perillustri Nobilissimoque M.
 D. CONSTANTINO HUGENIO,
 Equiti,
 Zulecsemi Domino,
 Principi à Consilijs et Secretis.

XVIII
 Hagam, et inde
 in Castra.



Hug. 37.

